



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 452. Leonis Pap. Annus 13. Valent. 28. Marciani 3.
Impp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

tatis nostra sanctiones, & contrainterdicta sanctissimarum veterum constitutionum sacrificia exercere tentaverit: apud publicum ludum eius sanctissimus accusetur, & convictus proserptionem omnium bonorum suorum & ultimum supplicium subeat. Confecerimus ac ministris sacrificiorum eandem penam, que in illis scribitur irrogata sustinuit: ut hac legi nostre severitate perterriti, metu panna desinant sacrificia interdicta celebrare. Quod si vir clarissimus Reitor provincie post accusationem legimus, & post crimen in cognitionis convictum, tantum scelus, dissimulaverit vindicare: quinquaginta libras auripse iudex, quinquaginta etiam Officium eius confestim Esca nostro inferre cogatur. Dat. pridie Idus Novembrii, Marciano Aug. & Adelpho Cons. hac Imperator in idololatrias, quos haud plures ante annos plurimum inuallisse diximus. At de rebus hoc anno gestis hic finis esto: reliqua autem eiusdem Marciani Imperatoris edicta, que eandem Chalcedonensem Synodum sunt subsecuta, qui proximè sequitur annus, quo sunt sancita, faciet manifesta.

IESU CHRISTI
Annus 452.

LEONIS PAP. VALENTIN. 28. IMPP.
ANNUS 13. MARCEANI 3.

I. **S**equenti anno Domini quingentesimo quinquagesimo secundo, Consulibus Herculano atque Sporatio vigesima sexta Ianuarij Marcianus Imperator pro firmitate Chalcedonensis Concilij sollicitus edidit sanctionem, ne cui amplius liceret publice de fide disserere; cui quidem eiusmodi legitur indita inscriptio:

Imperatores Cæsares, Flavius Valentinianus Pontifex, Germanicus inlytus, Alemannicus inlytus, Sarmaticus inlytus, Tribunitia potestatis vicies septies, Imperator vicies septies: & Flavius Marcianus Pontifex inlytus, Germanicus inlytus, Sarmaticus inlytus, Alemannicus inlytus, Francus inlytus, Tribunitia potestatis vicies septies, Imperator, Consul semel. De prohibitu disputacionibus à Christianis civibus Constantinopolitanis, ita inscriptio, quam quidem puto ab aliquo additam otioso, cum plurimum mendacium arguatur. Etenim quid sibi vult tribunitia potestas vicies septies repetita in Marciano, cum eadem vna cum annis augetur Imperij? Vnde iam iste sibi comparat, ut trium tantum annorum Imperator, describeretur vigesima septima Tribunitia potestatis: quam non nisi cum Imperio imperitiam solitam, satis superius demonstrauimus.

II. **R**ursum verò quomodo vterque inscribitur Pontifex, cum is titulus (vt à nobis tertio tomo Annalium dictum est) defecerit in Gratiano, qui primus, & aliquando sicut à cæteris prædecessoribus usurpato, spontè carere voluit quem npe ab alio, nisi à Iuliano Apostata, liquet esse relumptum. Sed & si titulus ex populis debellatis inspicias (vt de Valentinio dicere prætermittamus) vnde Marciano tot ex subiugatis populis thalli? Possent fortè hæc dissimulari, quòd hæredes Imperij ipsidem vterentur titulum in quibus, quibus prædecessore fuerant ecorati, si reliqua sibi constarent. At recitemus ipsum edictum, quod ex parte descriptum in Codice Iustiniano: mendosissime datum legitur sub Consulatu Ricimeris, cum iam ante triennium ab eo Consulatu ipse Marcianus, cuius iam sanctio, ex humanis excessibus. Sunt autem hæc sanctionis verba:

III. **T**andem aliquando, quod summis vobis atque studijs optabamus, cœnit. Remota est de Orthodoxa Christianorum lege contentio. Tandem remedia culpabilis erroris inuenta sunt, & discors populorum sententia in vnum consensum concordamq; conuenit. E diversis enim provincijs religiosissimi sacerdotes Chalcedonem venerunt iuxta nostra præcepta; & quod obferuari in religione debeat, perspicua definitione docuerunt. Ceteri qui iam profana contentio. Nam verè impius atque sacrile-

guis est, qui post tot sacerdotum sententiam opinionis sua aliquid trailandum reliquit. Extrema quippe demerito est in medio & proficuo die commentitium lumen inquirere. Quænim post veritatem reperitam aliquid vterius discessit, mendacium querit. Nemo itaque, vt clericum vel militarem, vel alterius cuiuslibet conditionis de fide Christiana publice turbis aduocatis & aduocentibus tractare conetur in posterum; & ex tumultibus & perfulsa occasione requirens. Nam inuicem sacri iudicij religiosissima Synodo, signa semel iudicata ac rectè disposita renouere & publice disputare contendit: cum ea, nunc de Christiana fide statuta sunt, iuxta Apostolicas expositiones & statuta sanctorum Patrum trecentum decem & octo, & centum quinquaginta, desinita esse noscantur.

Nam in contemptores huius legi pena non daret: quia non solum contra fidem bene compositam veniunt, sed etiam cum iudeis & Paganis ex huiusmodi certamine profanant veneranda mysteria. Igitur si clericus fuerit, qui publicè tractare de religione ausus fuerit, à consortio clericorum remouebitur; si vero militi præditus sit, cingulo spoliabitur. Ceteri etiam huius criminis rei de hac sanctissima vrbe pellantur, pro vigore iudicij etiam competentibus supplicij subiugandi. Constat enim hinc hæretica inania exordia fomitemq; preberi, dum publice quidam disputant atq; contendunt. Vniuersi ergo, quæ à sancta Synodo Chalcedonensi statuta sunt, custodire debebunt, nihil post hæc dubitantes. Hoc itaque nostra communiti serentia edocito, abstinere à profanis vocibus, & vterius desinere de diuinis disputare, quod nefas est: quia non solum diuino iudicio peccatum hoc (prout credimus) punietur, verum etiam legem & iudicium auctoritate coherbitur. Datum Constantinopoli, 7. Kalendas Februarij, Sporatio viro clarissimo & qui fuerit nunciatus Cons. Sed pro Sporatio, Patricius politus mendosè est in Codice Iustiniano, cui legata additur Ricimeres. Scimus alios legere, pro Sporatio, Asporatium, sed perperà quidem, mea sententia: etenim in Actis Martionæ Pergensis, cum de eiusdem Consulis coniugatur, Sporatus idem reperitur nominatus; ita etiam in Actis Concilij Chalcedonensis: in Marciani verò Nouella, Storacius, pro Sporatio, deprauatè legitur: & apud Theodoretum in Epistolis, Sporadius, æque mendosè scriptus reperitur.

Verum quod ad edictum pertinet: cum vaniloqui adhuc obsterperent, & Eutyriani hæretici aduersantes sacro Chalcedonensi Concilio turbas ceteris, concitarent que tumultus idem Imperator mensè Martij aliam edidit sanctionem ad Vincinonalem Consulem designatum, cuius est exordium: *Venerabilem Catholicæ Orthodoxorum fides sanctitatem, &c.* ad finem verò hæc de factiis & inquiete agentibus: *Verum sicut manifesta ratione cognouimus, non desinunt quidam in eadem peruersitate insana permanere, & publice de religione contendere, populo aduocati, & mysteria diuina iudeorum Paganorumq; sub obrutibus publicare & profanare: quæ rebus delenda sunt, quam inquirenda. Oportet autem quidem in eadem pertinacia consistentes statuta dudum animaduersione compelli; vt pena corrigeret, quos ueracitas iustionum emendare potuit. Verum in hoc securi consuetudinem nostram, noscentes pro omnibus, quòd diuinitas pretere laicis, penam noscentium credidimus differendam; iterata hæc sanctio nostra clementia in spem, vt in futurum à prohibitu omni abstineant, nec in uentacula colligant super religione certant: quia in huiusmodi peruersitate & vanitate detecti, & statuta dudum suscipient panas, & iudicij motu (prout religiosi temporibus conuenit) punientur. Oportet enim Chalcedonensem Synodum sequi, in qua omnibus diligenter quaesit, ea definita, quæ pridem tres prædicti ceteris Apostolicam fidem sicuti omnibus seruanda tradiderunt civibus Constantinopolitanis. hæc Marcianus primo huius anni tempore sancit. Sed quidem hæc proficue abstinuit à mulcandis seuerà animaduersione hæreticis: quæ enim impuniti ausi fuerint: paulo post dicturi sumus. Illud sanè plurimum exempli factis perspectum est factum, numquam profuisse Catholicæ clementiam Principum in remittendis culpis hæreticis perpetratis. ea enim abusi seipserunt cetero deteriores.*

SVTH
8

N. & C.
de summa
Trinit.

MARCIA
NI EDI
CTVM.

Sic

Sicigitur tum Episcoporum sententia, tum Imperatoris functionibus damnata est cum auctore suo & lectantibus eius Eutychia haresis, aduersus quem complures Orthodoxi scriptores isdem temporibus stylium exercere: nam praeter S. Leonem Romanum Pontificem scripserunt aduersus eam Mochinus Mesopotamius presbyter Antiochenus, necnon Isaac presbyter eidem Antiochenus, Samuel presbyter Edessenus, & Theodorus Episcopus Cyii, vt qui de his singulis scribit Gennadius tradit. Sed & qui postea de tribus capitulis tractatus elaborauerunt pro Concilio Chalcedonensi, isdem Eutychianam haresim acerrime infelicitati sunt.

Sed vt anni huius, valelique sunt, res gestas prosequamur: Hoc item anno sanctus Leo Romanus Pontifex, simulac exemplaria rerum in Synodo Chalcedonensi gestarum Romam allata percepit: prouincijs Occidentalis Ecclesiae nota facere iudicuit, quae in Oecumenico Concilio de fide Catholica decretae fuerunt. Inter alios autem ad Episcopos Galliarum prouinciae Narbonensis haec breuiter scripsit.

Impleti per misericordiam Dei communibus votis, dignum est fraternitatem vestram sanctorum gaudiorum habere consortium. Nam fratres mei, qui vice mea Orientali Synodo praesiderent, quae vota retulere, significo confirmatam Catholicam fidem & gloriosam Apostolicam praedicationem triumpho: quo etiam hi, qui ad deuidendum vel solvendum fuerant, vt inopulsi, recepta veritatis luce letantur. Si quidem omnes Domini sacerdotes in vna sententia, sancto Spiritu docente, consentire. Et de sa.ramento Dominicae Incarnationis, in qua multorum intelligentia caligabat, ita tenebra erroris ablatae sunt, vt in vno Domino nostro vero Dei & hominis Filio, ne de humanitate ambigatur natura, nec de Deitate essentia. In impijs autem nefandis erroribus, auctores, qui indignos Dei gratia iudicantes, correctionis vti remediae holere, qualis sit lata sententia, exemplaria, quae missis, edocuerunt: vt agnoscat vestra dilectio, fratres charissimi, in sancto examine dominum non desuisse iudicium, quo & vindicta retributa est obdurati, & pax impensa correctis. Dominus vos incoluntis suscipiat, fratres charissimi, haec enim epistola, quae missa ad alias metropolitanas Ecclesias fuit. Cuiusmodi communis omnibus prouincijs. Ceterum priuatas alias literas dedidit ad Gallicanos hoc ipso item anno Kalendis Februarij quarum esse exordium. Obis assensum quidem si fraternitati vestrae litteras, &c.

Petuerunt inter haec Romam ad S. Leonem Papam legati missi Constantiopolim, cum litteris Anatolij & Imperatoris atque Palchiae Augustae, Lucianus Episcopus, & Basilus diaconus, proferunt causam primatus sedis Constantiopolitanae Ecclesiae, clanculo (vt vidimus) in Synodo decreti, rogaturque vtriusque Pontifex praesertim assensum. His susceptis, & acceptis item S. Pontifex, quae Synodalibus litteris scripta erant a sacrosancto Concilio Chalcedonensi, in quibus post alia de fide Catholica confirmata, ea de primatu erat: probè sciens illa euncta per Anatholium eius sedis Episcopum esse curata, ad ipsum rescribens, eundem acriter obiurgauit, quod in concella tenuisset: & post nonnulla, cancta, quae praeter canones ab ea usurpata essent, his verbis exprobat: Post illa itaque ordinationis tuae non inculcata principia (quod scilicet ad Dioscorem, deposito Flauiano ordinatus esset) post consecrationem Antiocheni Episcopi, quam tibi me contra canonice regulam vendidisti: dolio etiam in hoc diditionem tuam esse prolapsam, vt sanctissimas Nicanorum canonum constitutiones conueneris infringere; tamquam opportune se tibi hoc tempus obtulerit, quo secundum honoris privilegium sedes Alexandrina perdidit, & Antiochena Ecclesia proprietatem totius dignitatis amiserit: vt his locis in tuo subditis, omnes Metropolitanis Episcopis proprio honore priuentur. Quibus inauditis & miris quantum antea tentata praerogata excessibus, vt sanctam Synodum ad euincendam salum haresim & confirmationem fidei Catholicae dilio Christianissimi Principis congregatam, in occasione ambitus trahas, & vt conuenientiam suam tibi dedat impellat: tamquam resutari nequeat, quod illicite voluerit multitudine, & illa Nicenorum canonum per sanctum verè Spiritum ordinata conditio in aliqua

modum in te mutata subditis.

Nulla fibimet de multiplicatione congregationis Synodalia Concilia blandiantur: neque trecentis illi decem atque octo, quantumlibet copiosior numerus sacerdotum, vel comparare se audeat, vel praesere: cum tam diuinitus privilegio Nicanensis Synodus consecrata, vt sine per pauciores, sine per plures Ecclesias iudiciali celebretur, omni penè auctoritate sit vacuum quicquid ab illorum fuerit constitutione diuersum. Nisi ergo hac improba, nisi sunt praera, quae sanctissimis canonibus inueniuntur esse contraria. In totius Ecclesiae perturbationem superba haec tendit elatio, quae ita abuti voluit Concilio Synodali: vt fratres in fidei tantummodo negotium conuocatos, & definitione eius causa, quae erat curanda, persunctos, ad consentiendum sibi aut deprauando traduceret, aut terrendo compelleret. Inde enim fratres nostri ab Apostolica sede directi, qui vice nostra Synodo praesidebant, probabiliter atque constantiter illicitis ausibus obstituerunt, aperte reclamantes, ne contra statuta Nicanensis Synodi praesumptio reproba nouitate assurgeret. Nunc potest de eorum contradictione dubitari, de quibus in epistola tua etiam ipse conquereris, quod conatus tui voluerint obstruere. In quo eos quidem multum mihi haec scribendo commendas; sed te ipsum, quod eis parere holueris, dum illicita in iuris, accusas, superfluo concedenda appetens, & insalubriter contraria concupiscens, quae nullum vnquam poterunt nostrum obtinere consensum.

Asse enim ad conscientia mea, vt tam prana cupiditas meum studij adinnetur, ac non potius & meo & omnium quoniam alta sapientia, sed humilium consentiunt, opere subtrahatur. Sanctissimi & venerabiles Patres, qui in vrbe Nicaea sacrosancto Ario suam cum impietate damnato, in infensas vique in finem mundi leges Ecclesiarum canonum conuiderunt, & apud nos in toto orbe terrarum sui constitutionibus viuunt: & sic quid vquam aliter quam illi statuerunt, presumunt, sine condensatione cessatur, vt quae ad perpetuam vnitatem generaliter instituta sunt, non iam commutatione variantur, nec ad vnitatem trahantur commedum, quae ad bonum sunt communis praescripta: & manentibus terminis, quos constituerunt Patres, nemo in tuo tendat alienum, sed intra fines proprios atque legitimos, prout qui valuerit, in latitudine se charitatis exerceat, cuius satiu vberis fructus Constantinopolitanus potest auribus acquirere, si magis humilitatis virtute nitatur, quam si spiritus ambitionis instatur.

Noli sperare altum sapere, sed time, & Christianissimorum Principum pijsimam aures improbiu periculis inquirere desistet quibus certum vobis modestia te magis, quam elatione placitum. Desinat enim tuum in nullo periculis suffragatur quorundam Episcoporum ante sexaginta (vt scilicet annos facta) subscripto, numquamque ad praedecessoribus tuis ad Apostolicam sedem transmissam notitiam; cui ab initio sui caudice, Adamam, collapsa, sera vane & inutilia subicere fomenta voluisti, eliciendo a fratribus speciem ergensionis, quam tibi in suam iniuriam persequenda sarigata praebet. Memento quid Dominus tui, qui vnum d. Iulianus scandalizaueris, comminetur. Et sapienter intellige, quale sit iudicium Dei subditurus, qui tot Ecclesiarum, tot sacerdotibus scandalum inferre non meruit. Dicitur enim, ita me dilectione vniuersae fraternitatis obstringi, vt memini proflui in his, quae contra se posuit, assentiam, populo, euidenter agnosere, me dilectionis tuae beneuolo animo contrare, vt saniore consilio vniuersalio te Ecclesiae perturbatione contineas.

Non conuellantur prouincialium in primatum, nec privilegia antiquis instituta Metropolitanis Antiquitates fraudentur. Nihil Alexandrina sedi, cui, quam per S. Marium Evangelistam beatus Petri discipulum meruit, percat dignitatis; nec Dioscori impietatis suae perinacitate corructe, splendor tanta Ecclesiae reuoluit obfcuraret alienis. Antiochena quoque Ecclesia, in qua primuum, predicante beato Apostolo Petro, Christianum nomen exortum est, in paterna constitutione ordine persequeret, & in gradu tertio collocata, nunquam se fiat inferat. Aliud enim sunt sedes, aliud praesidentes. Et magis vniuersique honor est integras suae: Quo cum in quolibet loci propria ornamenta non perdat, quando magis in Constantinopolitana vrbe magnificentia potest esse gloriosa, & per obseruantiam tuam, & dejectionem patris canonice exemplum probitatis multi habeant sacerdotes: Haec tibi scribens, frater, in Domino hortor ac mones, vt deposito ambitionis desiderio, spiritus potius serueas charitatis, &c. Viginti lectos, & quam

X. CONTRA NICENAM SYNODVM NELLA ALIA 5 NODVM TRAVALET.

XI. Rom. 12. opo LEO PAPA TENAX CVSTOS SACRO RVM CA NONVM.

XII. ologia Mart. 13 Marc. 9.

XIII. LEO CVSTODITA VULT PRI VILLOIA ECCLESIA SVARV.

AB. II. SALVERIS LEONIS ADMONITIO.

& quam perspicue, vnius fuisse Romani Praefulsi, irrita reddere, quae sexcenti & triginta constitissent vna simul Episcopi, & Imperatores atque Senatus expetissent, obtentaque firmarent.

XI.

4 Leo episcopus 14.

QV. DE ANATO- LIO LEO PAP. AD MARCIANVM IMP.

* nostro DISPEN- SAVIT LEO CVM ANATO- LIO.

Eadem quoque die, qua data est haec epistola, vnde cimo Kalendas Junij sub dicto Herculani Consulatu, ad Marcianum Imperatorem idem S. Leo eandem ex causa scripsit epistolam, ubi post congratulationem de propulsa vna cum hereticis, haereli, & fide Catholica stabilita, haec de ambitiosa Anatolij temeraria praesumptione: Huius autem, propter quae tanta facta est congregatio sacerdotum, bono & operabili sine compositis: miror & doleo, quod pacem vniuersae sanctae Ecclesiae diuinitus reformatam ambitionu rursus spiritus inquietet. Quamuis enim necessarium sibi frater meus Anatolius consuluisse videatur, vt ordinatum suorum errorem deserens, in assensum Catholicae fidei salubri correctione transiret: custodire tamen debuit, vt quod vestro beneficio noceat consecutus, nullius cupiditate praerupte turbaret. Nos enim vestrae fidei & interuentum habentes intuitum, cum secundum sue consecrationis auctores eius iniquitate titubarent, benigniores circa ipsam quam iustiores esse volumus, quod perturbationes omnes, quae perent diabolo fuerant excitatae, adhibitis remedijs leniremus; quae illum modestum magis quam immoderatum facere & auerere haec S. Leo; eo quod, cum esset deponendus Anatolius, qui cum Dioscuro seclatus fuerat Eurychianam haereseim, & vitiosae atque tyrannice per Dioscorum fuerat in loco S. Flauiani subrogatus; obdicata haereli, precibus Imperatoris indulsisset bono pacis ipse sanctus Leo, vt remaneret Constantino- politanus Antistes: non enim alterius, quam Romani Pontificis erat dispensare, vt tot & perferendis hominem sederet Episcopus. Subdit vero haec S. Leo:

XV.

Qui etiam si praecipua meritis, optimoq; iudicio legitime fuisset ac solemniter ordinatus: contra reuerentiam tamen canonum patrum, contra sancti Spiritus instituta, contra antiquitatis exempla, nullus passus suffragij adiuuari. Apud Christianum & vere religiosum, vereq; Orthodoxum Principem loquor. Multum Anatolius Episcopus proprio detrahit merito, & scilicet crescit optat augmento. Habiat (sicut optamus) Constantinopolitana civitas gloriam suam, ac protegentem dexteram Dei. diuturno clementia vestra fruatur Imperio: Alia tamen ratio est rerum secularium, alia diuinarum; nec praeter illam petram, quam Dominus in fundamento posuit, stabili erit vlla constructio. Propria perdit, qui indebita concupiscit. Satis sit praedito, quod vestra pietas auxilio, & mei fauoris assensu, Episcopatum tante vobis obtinuit: nobis dedignetur regem civitatem, quam Apostolicam non potest facere sedem: nec vilo speret excedo, quod per aliorum posit offensiones augeti.

XVI.

ROM. FONTI- FELXVIN- DEX CA- NONVM.

Privilegia enim Ecclesiarum sanctorum Patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicaea Synodi fixa decreta, nulla possunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari. In quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequendo, necesse est me perseruantem exhibere famulatum: quoniam a dispensatio mihi credita est, & ad meum tendit reatum si paternarum regule praedictionum, qua in Synodo Nicana ad totius Ecclesiae regimen, Spiritu Dei instruente, sunt condita, & quae (quod absit) conueniente, violentur; & maior sit apud me vnius fratris voluntas, quam vniuersae domus Domini communis vtilitas. Et idcirco scilicet gloriosam clementiam vestram Ecclesiastica studere concordia, & his, quae pacifice congruunt veritati purissimum prestare consensum: praeter, & scelerata suggestionem vos obsecro, vt ausu improbo vnitati Christianae pacis, contrarios ab omni praedicti vestrae abdicetis assensu; & fratris mei Anatolij nocitaram sibi, si perstiterit, cupiditatem salubriter comprimat; ne ea, quae vestrae gloriae temporibus inimica sunt, cupiens, maior sua velit esse prioribus. Sec. Ad finem vero: Conuenit (inquit) fides vestra, vel gloria, vt sicut haereticus (Deo per vos agente) destructa est, ita etiam omnium ambitum retundatur. igitur, quod & Christiana est pietas, & regia, vt praeditus Episcopus parcat haereticis, consulat paci, neque sibi estimer licuisse, quod Antiochena Ecclesia sine vilo exemplo contra statutum canonum Episcopum ordinare praesumpsit: quod nos amore reparanda fidei, & pacis studio, retrahere cessauimus. haec & abhaerens, ad postremum legatos ab Imperatore missos excusat, quos per eos non faterit, quo minus eam caulam sedulo petra caritatis, sed quod esset iniusta, nihil potuisse opera ista consequi.

Scriptum idem sanctus Leo ad Pulcheriam Augustae eodem quoque argumento epistolam eadem pariter die & Consule. est eius exordium: Sanctae & Deo placuit clementiae vestrae studijs. &c. eadem quae superius ingens, castrare se & irrita penitus reddere testatur, quae per Synodum de prima Constantinopolitanae sedis essent, Anatolio militante, decretam post multa, haec ad finem: Confessione vero Episcoporum & sanctorum canonum apud Nicam conditorum regulum repugnantes, vnitati nobiscum vestrae fidei pietate in vritum micimus. & per auctoritatem beati Petri Apostoli generali profusum definitione cassamus. haec S. Leo, magis resiliens animi, infringens quae quicquid Anatolius tanto conatu eumenice Synodi perficere misus erat: plane docens, super arenam erigere molem, qui absque Apostolica sedis in qua est firma petra, conuersu, edificium construit.

Atquid Anatolius, cum ipse Romani Pontificis litteras accepisset: homo fraudulenter occultatur quidem eas, vt ipse quae suam ipsius decantarent iunctam cum ambitione nequitiam: sed & (quod deterris est) illud in scandalum plurimorum parsit in vulgus, Leonem Romanum Pontificem minime recepisse Chalcedonense Concilium. haec quidem hoc anno transacta sunt, reliqua vero anno sequenti, de quibus suo loco dicendum. Vidisti hominem ambitionis facibus astantem, in quod discrimen Catholicam fidem inducat, dum noua & excogitata calumnia, cuncta quae in sacrosancto Concilio aduersus haereticos essent decreta ac stabilita, contradictione Romani Pontificis, nullius esse vigoris, sed iuncta plane reddita proclamaret, ipsumque Pontificem prauioritate constitueret & proditorum, dum quae essent credenda scripsisset, & eadem, non recipi Concilium, condemnasset. Sed veritas tandem rediit in potestatem.

Quid vero hoc anno Alexandriae actum sit in electione noui eius civitatis Episcopi, dicamus: atque in primis quae habet Liberatus Diaconus, quia ait: Reuersi sunt autem relegato Dioscuro, Alexandriam qui cum eo venerant Episcopi & clerici, Athanasius Basiliensis Episcopus, & Nestorius Philogonos, & Anaxionus Solennitensis, & Marcianus Chabasiensis, qui confederant in Chalcedone, & anathematizauerant Eutychem & eius dogma cum Dioscuro damnatione, epistolam Pape Leonis subscribentes, vt cum omnium civium voluntate eligerent ordinandum Episcopum, sacris ad hoc litteris praecedentibus ad Theodoram tunc Augustalem. Colleci sunt ergo nobiles civitatis, vt cum qui esset vita & sermone Pontificatu dignus eligerent: hoc enim & Imperialibus sanctionibus iubebatur. Cumq; super hoc multa dubitatio praesensset, volentibus civibus neminem penitus ordinare, ne a plerique viderentur, Dioscuro quippe viuente: nouissime in Proterium vniuersorum sententia declinat: veique eius & Dioscuro commuendavit Ecclesiam, qui & cum Archiepiscopum fecerat. Ordinatus est ergo Proterius, praesentibus supra memoratis Episcopis, qui Synodo (vt dictum est) subscriperunt, & inter omnes, haec tenet liberatus.

De seditionibus vero tunc in populo excitata ista habet Euaggelus & Proterius in sede Episcopali collocata, maximum tumultus & peno intolerabili a populo varijs effluente sententis ciatur. Nam vt in istiusmodi rebz euenire solet, alij Dioscorum repositere alij partibus Proterij firmiter adhaerere ceperunt; alij vti clades ingens, ea q; certe insanabilis inde nasceretur. Nam Praefectus Rhetor scribit, Praefectum Thebaidis eadem tempore vestre Alexandriae, vidisset, populum vno consensu contra magistratum impetum fecisse, scissisq; lapides in militum copias, quae seditionem comprimere studebant, atque milites vi coegisset in templum, quod olim Serapidu dicebatur, confugere: tum populum curarisse eo, templum expugnasse, militesq; viuos igni concrenasse incendio. De quibus rebz cum certior factus esset Imperator, militum recens ad eam rem lectorum duo milia illo misisset; quos alio secundo vena & prospera vsos navigatione, vt sexto post die Alexandriae appellerent.

Deinde cum milites petulantur in vxores & filias Alexandrinorum insultarent, cladem posteriorem priorem sua acerbitate peno obscurasse. Postea populum in Circo congregatum adesse Florum, qui praefectorum militum gestu praefectus am, & civium vrbis administrationem tenuit, vti ipsi suuentsi conuictum, quod

XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. XLII. XLIII. XLIV. XLV. XLVI. XLVII. XLVIII. XLIX. L.

SVII
8

quod illi ademerat, quin etiam balnea spectacula, & alia denique res, quae propter tumuluosam ipsorum seditionem ablatae fuerant, curare reddendas. Florum autem populorum imperum, cum coram ad esset, sua cohortatione cohibuit, pariterque seditionem ad tempus sedasse. Quae vero post haec congerunt, suo loco dicemus. Sed quid inter tot turbas concitatas fuit electionis causa Proterius? Audi Liberatum: Multa (inquit) pericula Proterius populo est, ita ut militari pro custodiendaegeret auxilio plurimo tempore sui Pontificatus, & usque ad mortem Marciani Imperatoris inimicorum manu valuit evadere. Sedatis autem vrbumque rebus, scripsit Proterius, ex more anno sequenti litteras de sua ordinatione ad Leonem Romanum Pontificem: agemus de eis suo tempore.

denter quidem laicum hominem sibi ad opus legavit, quod sciret populum Alexandrinum Episcopos omnes auerari Catholicos; adeo ut potius irritamentum fuisset aditas, quam ad pacem conciliandam fomentum, si ad eos aliquem Episcoporum misisset. Dedit eidem ad ipsos epistolam, qua eos conatus est ad mansuetudinem reuocare, reddereque veritatis amplectendae cupidus atque concordiae studiosus, inhiuans illud in primis, nihil noui in Concilio Chalcedonensi esse sancitum, sed omnes secundum Nicenae fidei regulam, iuxta Alexandrinorum Episcoporum sententiam Athanasij, Theophili, atque Cyrilli esse decreta: adeo ut refragari velle Synodo, idem esset, quod suis ipsorum doctoribus aduerari. Ad finem vero epistolae ista habet.

Hac igitur & nunc agnoscentes, si quis forsitan esse ad huc falsitate decepti, ad veritatem recurrere festinate, nefandis vos impijs & canonicis contrarijs, electionibus absentibus super hoc, quod animas vestras perditis, etiam legals castigatione subdamini. Vnite vos omnes sanctissima & Catholica Orthodoxorum Ecclesia, qua vna est fides: & venerabiles definitiones Patrum nos docent. Hoc enim agentes, animam quidem vestram saluti donabitis; Deo vero cuius formae, qua Dominus laetitia facietis, sed etiam nostra tranquillitati commendantes eius cura fruemini. Propterca siquidem & Ioannem Decurionem eligentes misimus, qui certissime valeat ea, quae de fide sunt, explanare: nam & sanctorum Episcoporum vniuersali Concilio inter fuit, & vniuersa, quae gesta sunt, clare nouit: ut per omnia satis satisfactione suscepta, hi quia quod non credimus, adhuc dubitantes, tandem aliquando ad veram & immaculatam fidem remicare festinent. haec Marcianus Imperator ad Alexandrinos. Quid autem hic effecerit, non liquet: sed certum est illud, Alexandrinos magna ex parte ad esse tumultuosos, & schismate fuisse ab Ecclesia Catholica omnino diuisos, de quibus haec Damascenus.

Aegypti, qui idem Schismatici & Memphitae vocantur. Specioso titulo libri legi, qui Chalcedone probatus erat, a vera Ecclesia defecerunt, Marciano & Valentiniano Imperatoribus. De cetero rebus cum Ecclesia consentiunt. Hi autem ob studium suum erga Dioscorum Alexandrinum, qui in Chalcedonensi Concilio ut Eutychetis decretorum defensor de gradu honoris motus fuerat, Concilio interfuerunt, tumque sexcenta crimina, quae in eum ierant, contra ipsum Concilium commiserunt. Horum principes fuerunt Theodosius Alexandrinus, a quo Theodosianus & Iacobus Syrus, a quo Iacobus sunt nominati, vobis defensores & propugnatores. haec Damascenus. Quae autem subdit de Senero, longe postea conuenerunt, sed & quem nominat Theodosium, diuersus ab eo fuit de quo modo dictum fuit.

Maximi quoque tumultus Palaestinam incelsere concitati a pseudomonachis Eutychianis; qui hoc tempore magnas ob Concilium Chalcedonense turbas excitantes, in suam ipsorum sententiam quamplurimam seduxere. Rem gestam Euaagrius ita enarrat:

Inter pseudomonachos, qui solitudinem in conspectu Hierosolymorum sitam incolebant, mirum patere & tranquillo animo suere: Nonnulli enim eorum, qui Concilio interfuerunt, & ab eius decretis penitus dissentirent, veniant in Palaestinam de fide prodita conuulsuri, & alios monachos ad seditionem iucendare excitareque operunt. At cum Iudaealis ad sui Episcopatus sedem venerisset, & vi compulso ab illis aduersarijs, qui illorum contrariam sententiam trahere nitentur, suam ipsam sententiam resellere, desistensque ad urbem usque dum vixit Imperator, conuulsi sunt: qui Chalcedonensi Concilio (ut supra diximus) resistebant, in vnum coacti, in die sancto festi resurrexerunt, Theodosium, qui maxime omnium consilium illud perturbasset, quique primus illos de eo certiores fecisset, designant Episcopum; de quo postea monachi in Palaestina scripserunt ad Aclionem, quod a suo proprio Episcopo in maleficio deprehensus expulsi sunt a monasterio; & quod dum forte Alexandria versabatur, aduersat Dioscoro, & multis vixit seditionibus, verberibus dilaceratus, camelisque maleficorum more impostum circa urbem ductus fuerat, huiusmodi plane infamia hominem laborantem Eutychiani habere dicem. Sed subdit: Ad istum multi ex vrbibus Palaestinae accedentes, esserant, ut ipse ab eo designarentur Episcopi inter quos Petrus ex Iberia orti Episcopus Maumae prope Gazam donatus fuit. haec ipse. Quae autem addit de Theodosio ex Palaestina Constanti-

XXII.

ALEXANDRINUS DIOSCORUM COLLEGIUM.

XXIII.

EGYPTIUS AB ECCLESIA ALEX. AD ROM. PONT. ILLUM LEONIS VALENTINIANI IN FIDE SUAE REMISSI.

XXIV.

IOANNES DECVRIO DIOSCORUM ALEXANDRIANUM.

Epist. in epistolis vrbium illustr. pro Concil. Chalced. XXV. Quid MARCIANVS AD HAERETICOS.

Damas. de har. XXVI. EGYPTI TA NOMINATI HAERETICI.

XXVII.

Eua. La. c. j. MONACHI PALESTINAE EUTYCHIANI.

Aclio. accm.



nopolim iullu Imperatoris per milites ducto (si vera sūt) ea post sequentem annum cōgigere, vt colligere facile est ex S. Leonis Papae literis, de quibus suo loco dicendum erit. Horum Palastinae tumultuum mentio habetur in Actis Danielis Stylitae, quorum causā idem cupiens ad sanctam iuuuenda loca peregrē, fuit a proposito reuocatus, vt potē quod non sine vitae periculo hoc tempore illuc accedere Catholicis fas esset. Ex quibus quidem Acta illa satis veritati concinna cognosces.

XXVII

At praeterea haec, quae de nefando Theodosio dicta sunt, alia plura ex diuersis auctoribus colligimus, & sanē lucū dignissima. Etenim flamma ab eiusmodi impostore simul incensa, vniuersam fermē Orientalem Ecclesiam longē lateque contulit, quae nec per longum temporis spatium extingui potuit: ita namque perturbatione accidit, vt veluti citratione quādam, qui verē essent monachi Dei cultores, qui verō sub monastico habitu laterent lupi rapaces, fuerit signis perspicuis demonstratum, apparueritque, quos semel suā nigredine imbuisset monachos hereticos, hos omnes turpiores cunctis facinorosis hominibus euasisse: res enim eorum profectus esse solent: vt non mireris, si nostri temporis iidem apostatas monachos in haeresim lapsos auctas cognoscere esse omnium sceleratissimos. Sed age iam ceptam semel de Theodosio pseudo-monacho historiam profequamur. Nicephorus enim ex antiquioribus monumentis ab eius Episcopatu sic exorditur enarrans:

a Niceph. lib. 1. c. 9.

XXXIX

EVDOCIA AVGVSTA REGIPTA AB HERETICIS.

Hic (inquit) Theodosius, Eudocia Augusta, quae adhuc in vita erat, in partes suas rapti, & sodalitate monachorum omnibus conculcati a praeconi & sanguinary hominis more, quod Luenali (sic ut diximus) Constantiopolim petierat, Hierosolymorum thronum occupauit, adiutoribus ea in re vsus, qui Synodi constitutionibus aduersabantur, & Eudocia gratificabantur. haec enim post Theodosij Imperatoris obitum Hierosolymam se conuulerat, ibi vitam a strepitu quietam tranquillamque datura: se & contrarium planē accidit, etenim molestissimā eam reddidit, qui ipsam in Eucyrianarū haeresim captiuam duxerunt: semel enim in altioris & desertioris partis factionem se implicans, in turbas maximas & erumnas innumeratq; se laqueos coniecit imprudens. Sed pergit Nicephorus de Theodosio: Cum Episcopi nondum & Synodo reuerſi fuissent, alios ipse delectam vrbes quāq; miser: Scythianum autem Scythopolis Episcopum, quod malevolentia ipsius suffragari nōllet, oppido exaltum interemit. Recepti verō inter sanctos martyres Scythiani Episcopi vigesima prima Februarij e-logium annuatiuariā memoria cantat Ecclesia. Subdit auctor:

b Rem. Mart. at. Fibr. XXX.

SEVERIANUS MARTYR.

Magnam quoque persecutionem mouit in ciuitate sancta aduersus eos, qui communicare cum eo volebant: quosdam namque tormento cruciatu, aliquibus subsannam adiecit, aliorum adibus ignem iniecit: ita vt vrbs a barbaris capta videretur. & infectus: Anasiasus quidam in dignorum ordinem cooptatus, in media Ecclesia Hierosolymis cum multa dicendā libertate, iniquitatis abominacione throno sanctissimo residente, vobis illam praclarā emisit: Desine Theodosij tantam eadem committere: desine Christi bellum asserre, & gregem eius a praeconum morem & diuino oculi cogere: & aliquando eadem benevolentiam erga verū germanūque passim nostrum cognosce. Haec ita diceret, a satellitibus Theodosij arreptus, & ex Ecclesia raptus est; atq; insolentia perulantia & cruciatuum genus obnepropter Christum perpeſsus & flagellu multu concisus, postmodum ferro vitam amisit. Cadauer eius ex pedibus per vrbes omnem raptatum, saxis tandem in escam proiectum est. cuius pro Catholica fide suscepra corone quinta Iulij dies fuit perpetuae memoriae consecrata. Sed pergit ille.

c Martyr. Rom. s. Iulij. XXXI.

ATHANASIUS MARTYR. AIVM.

Porro Dorotheus, qui Palaestinam prouinciam ab Imperatore acceptam administrabat, & iam apud Moabitidem bello aduersus barbaros occupatus erat, vbi ea quae in vrbe gererantur, cognouit: celeritate summā cum exercitu sortis, vrbum praesentibus consulturū, accurrat. Ceterum Theodosij & Eudociae satellites, portu clausi, non prius eum admittēre, quam tu peccatus esset, se quoque ad partes eorum desecurum, sicuti monachorum omnium ordo, & vniuersa ciuitatis multitudo fecerit. Ita menses viginti exiit Theodosij tyrannidem in sede Hierosolymitana exercuit.

Quam rem postquam Marcianus intellexit, a Dorotheo sic illi ait: quem vt capere quidem (si enim Imperatoris praeroperat iussu conatus est: sed id ab eo fieri non potuit, propterea quod postea illa (nempe Theodosius) in Sinaitem profugerat. Quam ob causam plurimi, qui partibus eius fuerant, tormentis subditi sunt, non solum tantum homines, sed etiam qui propter habitum in monachorum ordinem censi fuerant. hucusque Nicephorus de rebus Theodosij pseudoepiscopi Hierosolymitani, qui per menses viginti illam occupauit sedem: Ex cuius plane temporis calculo colligitur, hoc anno ipsum se in eam sedem intruisse, mansisse verō vsque ad anni sequentis finem: quibus satis consentiunt, quae sanctus Leo ait, post sequentem annum fugato sedis illius inuasore, liberum fuisse luenali suam, & qua fugaret, repetere Ecclesiam. Discrepat autem ab Euaerio Nicephorus, dum ille de Theodosio ait, iussu Imperatoris ductum esse captiuum Constantinopolim; iste verō illam fugam arripuisse, cui magis inhaeremus.

XXXII

Quid praeterea, quae tantum Theodosij fugaretur, egredietur in Palaestina, quae transacta fuerit inter ipsum & sanctum Euthymium spectat: sancti virum, & quomodo tandem ipsa Eudocia Augusta in haeresim infelicitate lapsa ad meliorem frangere eundem virum Dei fuerit restituta, audiamus a Cyrillo eiusdem Euthymij discipulo quā fidelissimē conscriptam historiam, quam his verbis aggreditur: Postquam autem Euthymius illa legisset, & quae scripta erant a sacro Concilio Chalcedonensi se se habere inuenisset, & concordare recte fides veritatis: persuasit repetere sanctam solitudinem, quod magnus quoque Euthymius sequatur synodum Chalcedonensem. Hoc autem omnes propensum monachos ad eam attraxisset, nisi quidam Theodosij habitus quidam monachos, moribus verō praestigiorum importunissimos, & vultu corruptissimos, venientes in Palaestinam, eam de dicta Synodo quādam improbe confinxisset, quod euerteret quidam dogma recta fidei, introducere autem, vel potius reuocaret dogma Nestorii, episcopi Eudociam, quae tunc versabatur in Palaestina. Per ipsam autem inuexit omnes monachos. Et deinde eam sedem Hierosolymitanam inuenerunt de infestis: & imprudenter inuadit: & cum ex potestate accessisset facultatem, bellum gerit aduersus diuinos canones & leges: hinc, factum est, vt homines probi & moderati a sacris excellerent, & nonnulli etiam ab eo interimerentur, & manus sceleratae Pontificum sanguine (proh dolor!) polluerent: malefici autem & praestigiorum & pestes, & carcerum potius digni, quam sedibus sacerdotum interpretarentur & sacerdotibus. & apud hunc sceleratum & exitiosum hominem magnam afflictionem parentiam.

d Cyril. de Euthym. quod sup. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100.

XXXIII

XXXIV

XXXV

XXXVI

XXXVII

XXXVIII

XXXIX

XL

XLI

XLII

XLIII

XLIV

XLV

XLVI

XLVII

XLVIII

XLIX

L

L I

L II

L III

L IV

L V

L VI

matre, unum Christum, qui a nobis inconfuse, immutabiliter, ci- tra divisionem in duabus naturis cognoscitur: & propter eos, qui au- dent quamdam inducere divisionem in inexplicabili & arca- na ratione, que in hypostasi, seu persona facta est in vitro; & eos, qui per conuersionem carnis factum dicunt Verbum Dei, & Vnge- niti carnis afferunt esse eiusdem essentia cum diuinitate; & alio- qui propter eos, qui non consentiunt Verbi factam esse carni vni- onem in hypostasi, sed per conuersionem & coalescentiam, & dein- de etiam conuersionem, hoc est, simul conuersionem essentiam, impie & prodigiose affirmant, qui quidem diuinitati & carni vnand dicunt fuisse naturam: adeo vt si ea spectentur, que ab illis dicta sunt pre- ter rationem, non possit seruari id, quod est Christi patibile propter diuinitatis impassibilitatem, neque id, quod est patibile propter passibilitatem ipsius humanitatis. Conuenienter ergo instituto hu- mane recte sententia illud, in duabus naturis, decretum additum est a Synodo, non tanquam seorsum & per partes Christum diuidens, sed eundem in vitro, continens & vnumque, in eodem. hanc quidem Euthymius, quod dilucet maculam illam calumniosam asper- tam, Orthodoxos euasit Nestorianos, quo preteritum complures detrectant eandem Synodum recipere; & vt isdem prodesse legatis, qui tam ignominiose Theo- dolium hereticum sectarentur, cum sanctissimorum ije- dem essent heredes Dei amicum, ille Passarionis, iste sancti Iunioris Melanice monasterij. Subdit verò Cy- rillus:

XXXV. Hic prosequente Euthymio, laudabat quidem Elpidium, & fa- rebatur recte habere, que dicta fuerant, etiam si non recessit a communione Theodosij, & statim ostendit mutationem: Geronij autem manebat in eadem sententia. Et sic venter minime in- ter se consentientes, Theodosij scriptura annuntiant. Cum ille ve- ro hoc audisset: quoniam in Palestina iam omnia obtinebat, maius studium adhibebat, vt cum in suam nauem traheret: magnoq; Euthymio assidue tendebat laqueos, & cum insidabat, & quodidie ali- quos ad eum mittebat, qui bona scilicet suaderet & vitia, nempe vt recederet ab ipis, que recta & pia ibi visa fuerant, Theodo- sio autem assentiretur, & amplecteretur illum communionem. Ille vero, quod hi quotidie viderent, egre ferens, quid facit? Cum qui sub ipso erant omnes fratres conuocasset, & ea precepisset, vt dili- genter concernerent, & nullo modo recederent, nec assentirent mala Theodosij sententia; sed potius ora obstruerent eorum, qui sic sentiant, & pro viribus deducerent ad veritatem: nunc quoque re- cedit in vastam solitudinem, cum effugisset, vt multi quog; alijs im- itarentur fecissim, imitans plane Eliam, qui videns Pala- stinam Achab & Izabelis impietate vastatam, fecerit in montes,

XXXVI. Sed & alia quoque ex causa impulit eum Spiritus in desertum, mirum ob magnos anachoretas ibi degentes, quos ad suam Theodosius pertraxisset communionem eo- dolo, quod Nestorianos esse mementur, qui de eorum fidei Conclij Chalcedonensis confederarent. Ait ergo Cyrillus: Erat autem illic quidam magnus anachoretis, qui v- per quidem venerat a Lyca, vocabatur autem Cyrillus: qui cum omne vite institutum, quod monachos decet, in patria ostendisset, multos quoque passus erat sudores aduersus spiritus nequitia. Is ergo cum pulchre exercebatur in ea, que est ad iordanem, solitudine, & sape demones percereret: postquam ipse quoque, vel potius sup- plantatur ab eorum improbitate, & abducitur ab hereticis. Cum autem ab omnibus se anachoretis audiret de Euthymio, ipis, qui deo sermones celebrabantur aures haberet oppletis; aliquando ad eum venit in Radan (ita nominabatur solitudo, in qua de- gebat Euthymius) cumque cum eo diu esset versatus, & illius lingue bibisset fluentem suauissimum: veluti quemdam morbum e- nominat heresim, & ad sanam fidem reuertitur: Quod deceptus esset, magna ductus penitentia, & cor varijs sedentium sermoni- bus doloris stimulo castigans & piniens. Hunc autem ipsum aliq- quoque fecit sunt anachoretas, Petrus cognomine Gurnus, & Marcus & Iulon, & Siluanus, qui & ipsi quoque Theodosij secta- bantur communionem. haecenus de his Cyrillus. Quomo- do vero post biennium idem S. Euthymius Eudociam Augustam reddidit Orthodoxam, dicendum suo tem- pore. Sed non pretereat, quod Gerasimus scribit, que Euthymius deceptum reuocauit ad fidem, magni sane fuit nominis Anachoretis; illius enim, & non S. Hieronymi o- pus fuit, vt Leone videretur pro asino ab illo interfecto,

ad subeunda consueta asini onera, vt nos alibi alia occa- sione dixisse meminimus.

Pono tantam Palæstinorum monachorum cladem per Theodosium his diebus illatam, non armis solum (vt vidimus) sed & pijs admonitionibus tum Marcianus Im- perator, tum Pulcheri Augusta sunt conati auertere, at- que lapsos ad fidem Catholicam reuocare: quarum ad eos missarum exemplaria litterarum Romam in manus Sancti Leonis Pontificis allata sunt, vt ipse tradit ad sanctam Pulcheriam scribens inter alia istis verbis: Indicante enim fratre meo Iuliano Episcopo, peruenerunt ad nos in exemplaribus preceptionum vestrarum saluberrime sanctiones, quibus insanam imperitiam monachorum dignati estis parcendo plēdere, & docendo punire, vt si eos ad penitentiam miseratio diuina conuerterit, multo lacrymis & a nefandis cadibus & ab hereticorum blasphemij diluantur. Excant quidem ipse littere, quibus eorundem hereticorum monachorum fraudulentum consilium detegitur: nimitum quod cum traxissent ad sua vota Eudociam Augustam uxorem Theodosij, qui decesserat, Im- peratoris; haud id sibi satis visum: sed decipere, in hære- resimque pellicere cōtulerunt S. Pulcheriam rari nimirum, huiusmodi ducerent, haud dubium simul etiam Mar- cianum Imperatorem: sed facturos consentientem, sicut enim, se ducta Eudocia, Palæstina potiti sunt; ita quoque si lucrarentur Pulcheriam, vniuersam se putabant esse seducturos Imperatoribus namque sciebant artibus A- rianam heresim & alias ex presidio feminatarum, earum- que patrocinio altiores fixisse radices, easdemque roto Orbe fecundiori germine propagatas. Sed & obserua- vaticiem. Ne vt heretici videantur intrudij, se Eutyche- tem damnare profitentur, atque pariter Nestorium dete- stari.

Acceptis his ab eis Pulcheria litteris, que supplicem potius libellum præstebant, ostendit (vt decebat) illas viro suo Marciano Imperatori, mendax verbi Domini e- dicentis Samaritarum: Vos a virum tuum. Si enim quam in- stituebat ipse Christus, concilio viro suo, illud ipsum vult adimpleri: quomodo femina ad lapsum facili cuiusque momentis admittit in animum sine viro doctinam: Con- suluit namque lubrico feminatarum animo & Apostolus Paulus, dum monet eas, vt domi interrogent viros suos. Quæ autem suo arbitrio mala sibi fidens regitur femina, in qua precipitia feratur incauta, recens roto Orbi vul- gatum docet exemplum. Marcianus itaque ista accipiens, quæ ad eisdem Palæstina psecudo monachos scripserit, vt deam: magno enim Dei beneficio conseruata sunt pos- teris præclara huiusmodi antiquitatis monumenta, quæ sic se habent:

Agnosce nostra maiestas preces, quas ad sacratissimam pph- tiamque Domini nostri tranquillitate coniugem direxisti, re- bus ipsis mihi persuasum est, quomodo non supplicationes misisti, sed sub schemate precum impiam & Di legibus Romanæ, Republicæ contrariam existentem vestram demonstrasti intentionem. Nam cum oportuerit vos quieti vadere, & esse sub sacerdotibus eorum, docturini obedire: doctorum potius orānem audacia vehementi- affumere præsumpsisti, qui neque a recte docente doceri patimini, & vobis scriptis hulle persuaderis, quæa cunctos oporteat circa apte fidei scientiam vni potius sequi, quam sanctorum Apostolo- rum, Prophetarumq; volumina, & sanctæ memoria Patribus man- data contraria. Et quasi preterea minor a delinquere vos putā- tis, si falsi doctrinæ vestra præsumptione obumbrare volentes, nihil veritatis in vestro precibus discretis, assentes neque incen- ditorum, neque homicidiorum, neque altarum incongruarum verum esse vos auctores, aut monasteria; sed & incolas civitatis & quos- dam peregrinos memoratarum rerum originem extitisse. Sed nul- lorum, quæ testata sunt, nostram latius pietatem: quando & monumentorum Gestis & singulorum relationibus nobis apertum est, quomodo a Elorum civitas a vobis velut hostibus capti sit, qui habitare in monasterij & in eiusmodi loci obseruare debuisset: insuper & veneranda memorie diaconi commissa cades, & quod il- lius corpus post necem etiam communis sepelitur a priuatum, & insensibiliter tractum subdebat in iurijs: Quomodo etiam do- mus inuenta & porta clausa sint civitatis, & quasi legibus proprii, civitatis custodiebatur muros, & carere violentis apertis malo-

XXX- VII.

520 e- pif. 60.

FRAVDES HERETI- CORVM, VT ARD- CANT PULCHERIAM.

XXX- VIII.

1. Cor. 14.

1. Cor. 14.

e in epif. vironum illor. pro Conclij.

Chal. ad. ep. 2. in 2. Conclij.

XXXIX. MARCIANI AVG. EPISTOLA AD MONACHOS HERETICOS.



XL.
CEDERE
AB HA-
RETICIS
FACTA.

rum praesumptio ribus remissio panarum, & periculosa fuga praebe-
batur occasio.
Prosciantibus autem ad peiora, postremis minorae fuisse praede-
dencia demonstrantes, Iuvenalem sanctissimum & alios reueren-
dissimos sacerdotes per quemdam ad hoc destinatum interficere vo-
luerunt. Cum vero is, qui missus fuerat, fuisset spe sua deceptus; sine
effectu suam resaniam & eorum, a quibus missus fuerat, esse non fi-
nens; Severianum sanctae memoriae Episcopum gladio percussit, ne-
que ipsi, qui erant cum eo peperit. Hac ergo & huiusmodi delicta &
quomodo praesumpta, & quibus agentibus aut imitantibus acta
sint, manifestant ea, quae frequenter in diversis indicijs proprie de-
monstrata, & sacratissimos nostros acribus intinata sunt, certissi-
mum indicium vestrae voluntatis habentia, quam prompte ad de-
liquendum & cederetis, non Dei fidem indicare, vel fouere volen-
tes, sed vestras petulantias & sacerdotia defendentes, quorum vos
ostendistis omnimodu alienos, dum in perditionem civitatum habe-
tis studium.

XLI.
SIMON-
IANTIV-
TYCHIA-
NI SE-
DAMNA-
RE ENTY-
CHETEM.

Nostra quidem pietas admittitur, quae causam Entychetem equi-
dem anathematizati, bene tamen facientes: Theodosio vero, qui
peior est omnibus, vos ipsos contradiidistis sapientia, quae sunt Euty-
chetis: qui circa Valentini & Apollinaris contra Orthodoxam
fidem habentes zeli resaniam, sanctissimas continentibus Ecclesias, civi-
tatum vero subversionis importabilis & vexationis existit occasio:
sed etiam vobis factum est nefandum & iniquarum causarum
principes. Et impietatis quidem sua delictorum poenas dignissimas
dedit omnium Domino & Salvatore Christo, adversus quem rei ex-
citantes originem, non enim patitur sacra potestas sine supplicio fi-
niri ea, quae in eius fidem blasphemae & in sanctam Ecclesiam & in
sanctos viros miserande percipios nefandae commissa sunt. Nostra
quidem tranquillitas nihil tale fieri contra monachos imperavit,
sed ut tantummodo Aethiolorum soleretur civitas, quatenus de cete-
ro quies eius ab omnibus seraretur. Vestra autem proacitas man-
dato contraria, monachorum agens, bellum adversus communem
quietem assumpsit, & multitudinem congregans latronum, & alio-
rum inique agere solitorum arma, contra legitime viventes com-
mouens, causa cedus & devaluationis, altarium, crudelium rerum,
provincia habitatoribus fuit.

XLII.
MARCIA-
NI DE-
NIGNE
A GITT
CYM HA-
RETICIS
Mar. 10
Luc. 6.

Vnde nota quidem maiestas nostra, ut indignaretur rerum
tatum commissioibus infusa clementia superata est, ut quatenus
cadu & incendiolorum auctores rei, licet etiam adversus vos iustam
esset, ut indignatio nostra proveniret: relinquentes quidem mo-
nasteria, quibus vos semper observare mandata praecipunt, presu-
mptis autem & illa, quae vltimo supplicio digna conspicerent: Quia
vero docere potius, quam discere praesumit, divina nescientes elo-
quia aperte praecipientia, quia non est discipulus super magistrum
suum: Quae doctrinae Sapientis animarum nostrarum, aut san-
ctissimorum Apostolorum & Patrum secuti estis? Non enim, licet
propriae sequentes impietates dicere praesumit, quia per eadem, a-
liam, delicta, quae vos cogit, sanctorum eruditio praecedebat. Proin-
de duas naturas audientes, perturbatas vestras animas fuisse docui-
stis, veluti quaedam non ita auribus vestris illata, & c. Igitur his
Imperator recte fidei doctrinam Concilij & sanctis Pa-
tribus consentientem. Atque post haec de Conatibus & vio-
lentijs ab ijs adhiberi solitis, ut quilibet suae ipsorum heresi
subscriberet.

XLIII.
QUID IN
SYNO-
DUM ET
ROM.
PONTIFI-
CEM AV-
DEBIT H.
Mar. 10
Luc. 6.

Igitur nostra clementia nulli finitus necessitatem praecipit im-
poni, quatenus aut subscribat, aut consentiat, si noluerit. Non
enim terrore aut violentia aliquos volumus ad viam trahere ve-
ritatis. Diversae autem vos super ea, quae dudum praesumptissimam
gladius, alyg, crudelitatis, insuper & iniurijs & tormentum in mu-
lieribus bonis & nobilibus perpetratis, etiam necessitatem pluri-
bus non dubitasti inferre, ut consentirent quidem peruersis do-
ctrinis, ut eum clamoribus & subscriptionibus anathematizarent
eamdem sanctam Synodum, & sanctissimum Patriarcham sedis
Apostolicae maxime Romae Leonem, & sanctissimos Patres. Pro
quibus causis necessarium reddidit esse omnium Deo & Domino
rationem, in cuius iniuriam (si dici fas est) vilia facere praesump-
tissimum, opprobrium & irrisio sceleris Paganis & haeticis instissime
constituit, quibus est exemplum confusionis effecti. Intelligis,
lector, detos esse & a Paganis atque haeticis alijs humil-
modi insipientes pleudomonachos, dum audent in san-
ctam Synodum & ipsum sanctum Leonem Romanum Pon-
tificem anathema dicere, & alios per tormenta ad istud ip-
sum agendum impellere: par quidem est causa recentio-

rum hereticorum, digni sane & ipsi, qui & ab ijs, qui totis
sunt, deideantur etiam infidelibus. Sed recte illud acci-
pias sentis, quod ait Imperator, neminem inuitum se co-
gere ad fidem, eo scilicet modo, quo ipsi faciebant haetici
in Palestina. Ceterum plura ad eodem Imperatore ad-
uersus haeticos data esse rescripta, tum quae sunt dicta fu-
perius, tum etiam quae paulo post dictum sumus, manife-
ste declarat. Sed quid insuper in eodem Imperatore: au-
di haec postremum.

Quia vero & Samaritae accusasti, tamquam qui aduersus
sanctas Ecclesias crudelia & nefanda commiserint, & eadem par-
tem & alia simul incongrua fuerint meditati: cognoscite quia san-
ctissimus, ut inquisitione subtilissimi & subsecutus per virum specula-
bilem Comitem Dorotheum, ea quidem, quae dirpta sunt sanctis Dei
Ecclesijs, & eis, qui perdidit, restituantur; illi autem, qui ha-
rum rerum inueniuntur auctores, legitime vltioni subiacent: ni-
hil, vobis in eorum defensione communi sit, quos oportet agnos-
cere, quomodo credat vestra potentia, & a vestra pietate pariter in-
uitatos, a sancta & Orthodoxa fide nullatenus deuari, sed restitue-
rentur in monasterijs, & ad profectum meliorem orationum vacare
& consona paterni mandati semper effluere, nullamq; turbam
omnino misere. Sed neq; his, quae ad perditionem animarum a pra-
uorum doctoribus profertur, aut aut consentientes, ab Orthodoxa fi-
de & Dei vos separet Ecclesijs.

XLIV.
RE A
TRIVITA
SINT SA-
MARITII

Collectas vere canonibus contrarias nequaquam facere presu-
matu, scientes ea, quae dudum sanctis iam a diua memoria priorum
temporum Principibus, qui sanctam Catholicam religionem tra-
borantes, maximo supplicio extraneas collectas praesumentes facere,
subdit sanxerunt. Nos autem priorum vos patientiam habere cre-
dentes, clementiam nullatenus denegauimus, multu vtq; precibus
vrente sanctissimo Iuvenale, per quas nos exornauit, haec ad vos
scripta transmitti. Agnoscentes autem diuersorum precibus, quia
a militibus custodire in ipsa Aethiolorum civitate multitudine cabal-
lorum atq; virorum vestra monasteria conturbantur: etiam in hoc
indignati per Dorotheum virum speculabilem Comitem ab hac com-
molestia liberare sancimus: licet nec antea iniuriam fieri mona-
sterijs, aut vestrae fugia sustineret praecipimus angustias, haetici-
nus litterae indulgentiae Marciani Imperatoris ad mona-
chos Palaestinae, ad quos eiusdem argumenti alios dedit
sancta Pulcheria Aug. quatenus est exordium: Preces equidem,
quas ad nostram direxistis precem, & c. At ne sic quidem obdu-
rata eorumdem in impiorum monachorum corda emol-
lica sunt; nam quousque in ea regione Theodosius illic
sceleratissimus mansit, iidem in omnia mala cum illo con-
spirauere. Laboravit quoque in his sedandis tuus Ro-
manus Pontifex Leo, vt ex litteris anno sequenti datis ad
Eudociam Augustam in Palestinae degentem apparet; di-
centem de his opportunum suo loco.

XLV.
GENIO-
NITAS
MARCIA
NI ERGA
PRAYOS
MONA-
CHOS.

Ipe autem Marcianus Augustus hoc anno rursus res
actas in Synodo Chalcedonensis suis munuit edictis, &
quae iidem contraria essent, deleuit, atq; primum aboleui
praecipit, quae contra sanctae memoriae Flavianum Con-
stantinopolitanum Episcopum fuissent Theodosij lege
statuta; item quae stabilita esse voluit, quae de eodem san-
cto Flauiano in Concilio Chalcedonensi decreta essent,
ita referbens ad Palladium Praefectum Praetorio Orientis

XLVI.
b. Euse-
bius Ch-
calcedo-
nensis
X. LVII.
LANTIO
IMP. DE
ASOLEN-
DALIA
THYDIO
SII CON-
TRA FLA-
VIANVM.

Gloria nunquam gloriae a morte perimitur: nec perirent cum
morientibus virtutes: immo obita etiam existimatio augetur bono-
rum, quia omni aduersus mortuos euasit inuidia. Inde tan-
to studio et praecio maiorem facta laudamus: inde optimorum
maxima cum veneratione memoria celebratur: inde magnorum
animi virorum exitu appetitū vere gloriosus; quia comportum
erat eos solummodo perpetuo mori, quorum de vita ac morte ta-
ceretur. Id ita esse etiam praesenti in tempore diuinitus ostendit, hu-
manumq; iudicium. Cum enim falsa inuidia & improbe concinna-
ta calumnia religiose ac venerabilis memoria Flavianus huius al-
ma vltis Episcopum Episcopatu fuisse expulsus, (quatenus hoc su-
rit plenius reuincere sacerdotium, fidem quem accepit a consensu:
in enim solus est, qui esse meretur, Episcopus) tamen ita eius reliquias
& expositi haec sacratissima ciuitas & recepit, vt beatorum omniv-
uente videretur: vt exitus ille, qui putabatur acerbum, optandus
credatur fuisse, quo illam immortalem meritis est laudem: secu-
tumq; est illud, quod meritis eius Diuinitas praestitit, vt venerabilis
Synodus

XLVII.
LANTIO
IMP. DE
ASOLEN-
DALIA
THYDIO
SII CON-
TRA FLA-
VIANVM.

XLVIII.
COSTA-
NTE
PATA
VIT
SOLVIT

Synodus innumerabilium pene sacerdotum Chalcedone conuenit: qua dudum fidem diligenter inquiri, auctoritate beatissimi Leonis Episcopi aeternae urbis Romae. & religionis fundamenta constituit.

Ergo quoniam venerabilis recordationis Flavianus tanto acta laudat testimonio, ut Eutychei, qui contra senserat, eum sceleratissimum dicitur fuisse ab omnibus vno ore damnaretur: aboletur ista constitutio Theodosij, qua subreptione sceleratorum post obitum sanctae memoriae Flavianus aduersus eum lata cognoscitur: cessatque in totum, cuius initium fuit iniquum, & iniusta sententia. Nihil obstat quoque Eusebio Dorklei & Theodoro Cyri religiosis Episcopis, qui eadem lege continentur: quoniam non possunt sacerdotes constitutione damnari, quos Synodum ornari super conseruanda religione decretum. Expulsa itaque illa sanctio, retineat vita gloriatae Flavianus, quam meretur, perpetua laudem, ceteris constantia erga fidem futuris exemplum illustratur & magnifica auctoritas sua hanc saluberrimam legem, editum propositum, ad omnium naturam faciat peruenire. Datum Constantinus pridie Nonas. Sparatio vero clarissimo & quiescit nunciatus Conf.

XLIX. Mense vero Iulij idem Marcianus aduersus eosdem Eutychianos promulgauit edictum, quos & diuersis poenis exegit: est eius inritum: Amplae omnipotenti Deo referentur, iust gratia, & Post nonnulla annis, quae demum aduersus eos decreuerit, ita habet: Verum quoniam principis praesidentie est, omne malum inter uitia opprimere, & serpentes morbum legum medicina rescicare. Hac lege decernimus, eos, qui Eutychei decipiuntur errore, ad exemplum Apollinarium, quos Eutychei secutus est, quosq; venerabiles parentum regula, ad ecclesiasticos canones, & Principum diuersorum sacrosanctissima condempnant: nullum Episcopum, nullum habere presbyterum, nullos habere vel appellare clericos; ipsiq; Eutychem nomine presbyteri quo & indignum & spoliatus est in totum carere. Si quis autem contra definita nostra, Episcopos, Presbyteros, ceterosq; clericos ausu fuerit creare, iam factus, quam facientes, vel presumentes sibi clericorum gradum, honorem, amissionem percussos, exitio perpetuo precipimus contineri. Cocedant, vel colligendi, vel corrigendi monachi, vel edificandi monasteria nullam eos inueniam habere licentiam; locaq; ipsa, in qua conuenire aliquando tentauerunt, confiscari, si tamen domino laici sciente conuenerint: Quod si ignaro auctore, condolorem laici subitum casum, deportationem subire censemus.

L. Ipsos praeterea nihil ex testamento cuiusquam capere, nihil eis, qui iudicem erroris sunt, relinquere testamento. Ad nullam expartimur aspicere militiam, nisi forte ad cohortaliam vel limitaneam. Si quis etiam extra praedictam religionem peruersitas, vel quia post adeptum cingulum ad hunc deuenerit errorem: solutus militiam, infidelitatis sua fructum habeat, ut optimorum hominum & Palatii communionem praeuertat: nec alibi, quam in quo natus est vno vel civitate versetur. Quod si qui coram in hac alma urbe (quod credi nefas est) geniti sunt: iam hac civitate venerabiles, quam sacrosanctissimo Comitatu, & omni excluduntur metropolitana civitate. Et hac quidem generaliter circa omnes constitutum, qui tali labepollati sunt, vel pollentur. Vos autem, qui ante hac clerici Orthodoxorum fidei & monachi, qui quondam Eutychei habitauerunt dixeruntur, neq; enim monasterium dicendum est, quod religionis habitum inimicos, qui ad hoc usq; insania processerunt, ut relicto venerabili religionis cultu, & Synodi decreto, quod totum pae Orbis Chalcedone coadunati decreuerit sacerdotum infaustam Eutychei sequerentur assercionem: quia verè a luce deserta, tenebras eligendas esse crediderunt: omnibus poenis, qua vel in hac, vel praecedentibus legibus aduersus haereticos definita sunt, subdemi tenent: immo extra Romanam expelli solam sicut praecedentes religioissima constitutione de Manichaei constitueret, necorum venenatis fraudibus, sceleratibus, commentis innocentiū & infirmorum animi, decipiuntur.

LI. Comperimus praeterea, quadam eos in contumeliam religionis & iustitiam venerabilis Synodica definitionis fuisse mentos. Conscriptisq; libris & chartarum tomis plura fuisse, qua coram iustitiam aduersus veram fidem avertit signarent: Atque ideo precipimus: vbi eamque huiusmodi scripta reperta fuerint, ignibus concre-

uari. Est verò, qui vel scripserint, vel alij legenda tr adiderint docendi studio, vel discendi: censens deportatione puniri. Decendi etenim hanc infaustam haeresim, sicut pridem edictis serenitati nostrae continetur, omnibus aduimus facultatem: quia vltimo supplicio coerebatur, & illucita docere tentauerit. Vos vero, qui discendi studio audierint scelerata dissonem, decem librarum auri multa compescimus: ita enim materia suberbitur erroris, si peccatorum & dactor defuerit & auditus, Palladii parens carissime. Illis viri itaque & magnifica auctoritas tua, editum propositum, omnibus faciat nota, qua iustitiam: Cognitionem Moderatoribus provinciarum, eorumq; Officij, Defensoribus etiam civitatum: quod sic: qua merè fide & sancto proposito custodienda censuimus, aut neglexerint, aut permisissent temerari, denarium librarum auri multa percussis, ut religionis legumq; profitorum etiam existimatio. Laborabunt. Dat. decimo quinto Kal. Augusti, Constantinopoli, Sparatio & qui fuerit nunciatus Conf. haec sunt, qua spectant ad ea, qua legibus Marciani Imperatoris aduersus haeresim Eutychianam fuere hoc anno statuta. Inuifimus iam res in Occidente gestas ab ipso Valentiano Imperatore.

LII. Hoc quidem anno, decimo septimo Kalendas Mij Valentianus Imperator indignam planè Christiano Principe edidit sanctionem, qua abultic iudiciale Episcoporum tribunal: ius enim dicere eos veruit, nisi partes ex consensu apud aliquem Episcoporum sponte agere degressissent, nullamque voluit esse clericis fori exceptionem, omne adimens iudicium Ecclesiasticum, nisi in his, quae ad religionem pertinet, iudicandis. Sed & veruit curiales clericos ordinari, vel monachos fieri, similiter & originarios inquilinos, colonos, & seruos. Haec quidem Valentianus turpiter Romae promulgat: sed quam iniquè & impiè, lata à successore Matioriano his contraria sanctio demonstrat. At putas ne, lector, ista adeo impia & temeraria absque vltione à Deo praeterita? Considera (dicam cum Iob) semitas Thama, & itinera Saba, & expecta paulisper.

LIII. Quam autem malè consilatur Imperio, dum in Ecclesiarum ita Insurgunt Imperatores, pluribus sepe superius est demonstratum, & nunc grauiori damno id ipsum Imperatorem contigit experiri. Hoc namq; anno, vt habent Marcellinus & Cassiodorus in Chronico & alij omnes) Attila, qui anno supra rigi maximè iactura suorum in Galliis ab Aetio & Gothis victus fuerat, ex peccatis Imperatori ipse, Flagellum Dei dictus, viribus actus, Aquileiam nobilissimam Italiae urbem, alteram Romam ante, quibus dictam, & alias nobilissimas ciuitates expugnat & dicit, perditurus & ipsam urbem Romam vna cum Imperio, nisi ille, cuius Valentinianus depreleserat auctoritatè, diuina fultus portè: à obuiasset, indigni infelix Augustus Vix praesidio, cuius humiliauerat potestatem: vt planè euenerit, quod I mox in Iob recitata sententia subditur: Confusi sunt, quia speraui: venerunt quoque vsque ad me, & pudore cooperiti sunt. Intellegis ex istis, quando polleat, vigetque flagellum Dei suo erat nomine Attila nūcupatus; quādo videlicet Principes in sancta delinquent. At vtinam cana tantum de his extarent exempla, & non recentia videremus, addi quod diè hostibus robur, cum iura violantur Ecclesiae: sicuti hoc anno accidisse vidimus Valentiano, cui post latum impium edictum nulla celsè prospera, sed aduersa, cunctaq; in deterius sunt prolapsa, atq; penitus labefacta, ipse q; demum miserando inrestitu perijt: cōtra verò propter peccatum admiffum, reddita sunt vites Attilae, licet victo antea & profligato; & Gêlerico ad eadem vrbis, captiuitatemque regiarum foeminarum, & perta est, Deo vltore, via.

LIV. Haec verò de Attila quomodo se habuerint, qui ex Theophane & alijs antiqua: collegit historiam, que Pauli Diaconi esse peccatam fertur, his vrbis habet: Attila continuo resumpta fiducia eruentum Italiam petiit. Aquileiam cepit funditus eradiit, Ticinumq; Mediolanum regias vrbes excidit.

LIV. Quid autem Mediolano potitus, illic egerit, accipe ex Suida, qui ait: Attila cum Mediolanum urbem populosam peruenisset; & Romanorum Imperatores in antres Iulij sedentes, scythas verò ad corcy pedes depictos viasset: se in solo sedentem,

DOCENT VEL DICENT HARKIM.

YCIA

LII.

FORVM ECCLESIASTICVM DEMPTVM A VALENTINO e Nouel. Valen. tit. ra de Epif. adie. io.

LIII.

AQVILEIA AB ATTYLA DIRVTA.

LIV.

c Pan. Dia. Mst.

LIV.



Romanorum vero Imperatores sacros super innumeros frentes. & ante pedes suos aurum effundentes pinguis. hanc Suidas. Vidisti tumorem Hunnicum & barbaricam arrogantiam? Vnde magis intelligas, haud humanarum fuisse virum, adeo ferocissimum atque superbissimum & eycham reddere manufactum, sane quidem. Deus enim, quia & fruenti mari claustra posuit atque vetes, ipse coeueit nullo negotio mentem magnam, spiritusque vehementes cohibuit. Sed quomodo id praestiterit, ipse, qui superius, narrare pergit auctor:

Iob 38.

LVI.

b Cassiod.

c Cassiod.

LEGATIO

PATRIS

CASSIODORI.

* captus

Inde inquit vastatio circumcirca locis, cum Romam quoque pararet irrampere: Leo Magnus Papa missus ad eum Valentinianum Imperatoris aegerit: eumque, adeo mitem reddidit, ut illud promissa pace firmissima, vltra Danubium rediturus abiret. hanc ibi. Testis est etiam Cassiodorus b, sequestris S. Leone Papa Attilam pacem concessisse Romanis. Porro cum sancto Leone profectos esse aliquot nobilium Romanorum, idem scribit Cassiodorus, dum agit de patre suo vna cum Carpilione ad Attilam legatione fungente, his verbis c: Ad Asylam & tur armorum potentem casu supradicti filio Carpilione legationis est officio non irritum destinatus. Ule intrepidus, quem timebat Imperium: facies illa terribilis & minaces ferus auctoritate d'spexit: nec dubitavit eius altercationibus obviare, qui furor ne scio quid raptatum, mundi hominum videatur exphere. Inuenit Regem superbum, sed reliquit pacatum, & calumniosus sine altercatione tanta virtute destruxit, ut voluisset gratiam querere, cui expeditabat pacem cum regno ditissimo non haberet. Erigebat constantia sua partes timens: nec imbecilles sunt crediti, qui legatos talibus videbantur armati. Pacem retulit desperatam. Cuius legatio quid perferret, datur intelligi, quo tantum est gratulante excepta, quantum & videbatur optata. hanc Cassiodorus, dum haec agit, ut suos commendat maiores: verum liberiori affectu scribens Chronicoe illud ipsum tribuit sancto Leoni. Sed & in epistola Orientalium Episcoporum ad Samachum Papam cum vocarent eum in Orientem, et eundem S. Leonis legationis mentio habetur his verbis d: Testis inquit & noli tardare ad Orientis auxilium, magnam autem ad maiores partes habitabili mundi: quia non tantum pro centum viginti millibus illis in magna quantitate, constituitur ciuitate Ninive e, sed a multo plurimo spora expectari tuam post Deum medicinam. Si enim quae praestitit beatitudinem tuam inter sanctos constituitur Leo Archiepiscopo ad Attilam tunc eronem barbarum per se currere non duxit indignum, ut captiuitatem cogere corporalem, nec tantum Christianorum, sed Indorum (ut credibile est) atque Paganorum: quando magis festinare, ad tuam armet sanctitatem? &c.

LVII.

GRANDE

MIRACU-

LVIII.

A. S. LEO-

NE CORR-

CITVS

ATILLA.

Grande plane miraculum, vt inuidentem, & rapido cursu absque impedimento fluentem, cunctaque obuiantia sibi sternentem atque vastantem barbarum torrentem Summus Dei Sacerdos retrō conuertens, alio loco relicto, vnde fluxerat, velocius fecerit fluxu recurrere. Sed vnde tanta Leoni, vt vinctem vinceret Attilam, & absque armis conditiones pacis, quas obtulit, vti victum accipere atque seruare coegerit, & iam se inferentē victicibus armis in urbem, concito gradu ad propria remeare compulerit? Ille, inquam qui ab Aetio & Gothis victus, cessit ad tempus, vt vehementiori iterum impetu petu, tantam iam fretus potentia victor, quomodo a Leone cogitur furens barbarus & relinqueret Italiam, & vltra montes ad Istrum non amplius rediturus abire? Sensit citō, quod tardus Artiochus f impius experimento confessus est, & quom esse hominem subditum esse Deo, nec mortalem paria cum Deo sentire. Sed & vnde immanissimo Regi tanta de Deo scientia, vt putauerit obuiantia sacro Antistiti esse cedendum? Dicam quae produnt Romanae Ecclesiae vetera monumenta in Ecclesijs publicē legi, & annis singulis repeti consueta, quae sic habent:

Cum Romam ardenti furore Attila raperetur, iamque copias vbi Minucius in Padum inflat, transire pararet: occurrit ei Pontifex Leo malorum Italia impendentium misericorditer motus: cuius diuina eloquentia persuasum est Attila, vt egrediretur. Qui interrogatus a suis, cur praeter consuetudinem inflexus esset, atque tam humiliter Romanis Pontifici imperata saceret? Respondit & confessus, quod verum esset: nihil enim se vidisse, Leonē loquente, astantem

alium quemdam habitis sacerdotali decorum, quid diuinitus praesentem, minantem, mortem, nisi Leonis Papa iussa capisset. Alij textus habent, duos viros apparuisse, alterum a ceteris, a finitibus vero alterum: quorum visione perterriti, nihil sibi perterea fuisse reliquum, quam quod minaci vultu nimen exigeret, ipse homo quam citō peroluerent quod non esset mortalium facultatis Diuinitati resistere, vel in superos bellum inferre. Testabantur quidem ipsum vera fatentem in terra paure atque concitata tremore verba trucis atque inexorabilis vultus pallor, & robusti audacissimi animi improuisa deiectione, atque totius simul corporis consensatione.

Ceterum non de duobus Apostolis, sed de vno tantū, Petro videlicet, qui vltus sit Attilae, testatur Paulus Diaconus in historia rerum Romanarum, quam posuit appendicem ad Eutropium, in qua eandem, eodemque modo narrat rei runc gesta feriem.

Considerati ne, lector, quam & terribili sit Dem in conspectu filii super filios hominum? Eo tempore, quo Valentinianus Augustus Ecclesiasticū tribunal deprimi, tunc Deus illum comprimit, atque super Reges Pontificem Romanum exaltat: Et ne quid minus haberet videtur noue legis Summus Sacerdos a veteris testamenti Propheta, ad quem Dominus h: &c. constituit super Gentes & regna: daret, vt barbarum atque trucem Regem coeueat, patere cogat, & Valentinianum Imperatorem labantem conuincat in eo, de quo periclitabatur Imperio, qui nuper ab eo fuerat & tunc donali depolitus. Ita plane quantum cuncta gubernat, hunc humilians & huic exaltans, sacra semper voluit praefare profanis.

At quid ad haec tanta Gentiles, qui adhuc Romae reliqui erant? Ne id Deo Christianorum ferentem acceptum, astroscuti potentia & fati necessitate, ne in urbem intraret Attila, factum esse iactabant. Porro haec omnia refellens, beneficio Apostolorum fuisse Urbem tanta bona concessa idem S. Leo pro concione exprobrat ingratum populo annueriaria die huius accepti a Deo beneficij ludis occupato Circensibus, cum huiusmodi ad populum peccetrem habitū concionem k.

Religionem deuotionem, dilectissimi, quā ob diem castigatiōem & liberationis nostrae cunctis Fideiūm populū ad agendam Deo gratias consuebat, bene ab omnibus proximis fuisse neglectam, vnde paucorum, qui ad iudicium aris ad demonstrati, & cordi meo multum tristitia intulit, & plurimum timoris incussit. Magnam enim periculum est, esse homines ingratos Deo, & per oblivionem beneficij eius, nec de correptione compungi, nec de remissione letari. Veror igitur, dilectissimi, ne vox illa Prophetica talis, respici videtur, quā dicit: Flagellasti eos, & non doluerunt: castigasti eos, & nonauerunt accipere disciplinam. Quae enim in eu correptione ostenditur, an quibus tanta aures reperitur? Pudet dicere, sed necessesse non taceri: Plus impudenter demong, quam Apolloli, & maiorem obtinent insana stulticia frequentiam, quam verita Martyria. Quis hanc urbem reformauit salutis? Quis a captiuitate erexit? Quis a cade defendit? Iudex Circensium, an cura Senatorum: Quorum vti que precibus diuina consensu flexa sententia est, vt qui meredamur iram, seruauerim ad veniam.

Tangat obsecro, dilectissimi, cor vestrum illa sententia Saluatoris m, qui cum decem leproso misericordia visurum mandasset, vnum tantum dixit ex eis ad agendam gratias reuertisse, significanti videlicet de ingratis, quod hinc piraetis officio, etiam si corpora ofsecuti sunt sancti, non tamen sine animi impietate deserunt. Ne ergo ista ingratorum nota etiam vobis, dilectissimi, possit ascribi: reuertimini ad Dominum, intelligenti: mirabilia, quae in vobis dignatus est operari: & liberationem nostram, non sicut operamur impij, stellarum effectibus, sed ineffabili omnipotentis Dei misericordia deputantes, qui corda furentium barbarorum mitigare dignatus est; ad tanti vobis beneficij memoriam toto fidei vigore conferet. Grauis negligentia maior satisfactione curanda est. Ad commendationem nostram vltimū lenitate parentis n, vt beatus Petrus, & omnes sancti, qui vobis in multis tribulationibus adfuerunt, obsecrationes nostras pro vobis apud misericordem Deum tuare dignentur, per Christum Dominum nostrum. Amen. Ita sanctus Leo; & quidem propheticē, quod debetur ingratis, est comminatus supplicium. Etenim qui tantum Dei donum non (vt par erat) iugi gratiarum actione sunt profecturi, denuō

LIX.

LXII.

LX.

LXI.

LXII.

LXIII.

LXIV.

LXV.

LXII.

LXIII.

LXV.

LXVI.

LXVII.

LXVIII.

LXIX.

LXX.

deno tradidit barbaris meruerunt, nempe Wandalis. haud enim sero vindicta prodixit, nimirum post biennium, ut suo loco didici sumus.

LXIII. Desiderantur res ab Atrila gestas scribere à Prisco Rheore huius temporis nobili scriptore, ut testatur Euar- gius. Addunt alij, precibus S. Geminiani Episcopi Mutinam ab Atrila liberatam. Refertur & Rutenianus, Ioan- nis Praesulis, qui Leoni successit, orationibus tantum euas- sisse periculum. Tradunt patitur, ex hac inuasiōe Atrila, Venetia provinciae occasionem manasse, ut Veneti in insulas transiuerint, atq; Patraui occupauerint Riuum alium, idemque necessitate primum impellente, postea vero & ratione suadente, ad euitandos frequentes barba- rorum incursus ibi habitare deligerint; ut paulatim eccle- siasticis aedificijs, amplissima Venetiarum ciuitatis con- denda ex ea infelicitate felicissima facta fuerint funda- menta: ut diuino planè nutu acciderit, ne Italia relinque- retur sine Republica; quae olim florentissima, dominium ut oppressa, iam cum Imperio collabente, prorsus videretur extrineta.

LXIV. Quod verò ad Aquileia excidium pertinet, quomodo acciderit, ut vrbis munissima à tyrannico sepe obfessa, nuncquam verò capta, ab Atrila fuerit expugnata: qui hec cupit, veteres historicos consulari: quibus tamen in eo as- sentire minime possimus. dicentibus ab hoste discre- tam, incensam, aut funditis eueritam, adeo ut diu habi- tari desierit. Erenim fugatos habitatores, vel captos ab hostibus postliminio rediisse, satis certo intelligi potest ex epistola S. Leonis Romani Pontificis data ad Niceanum, aliis Nicoram Aquileiensem Episcopum, post annos sex, nimirum Domini anno quadringentesimo quinquagesi- mo octauo sub Consulari Maoriani: quae ad eundem Epi- scopi consultationem respondit, nimirum quid agendum de feminis illis Aquileiensibus, quae captis viris, alijs nup- sissent, quam illis è captiuitate egressis, eisdem reddendae essent: In quibus Aquileiensem mulierum non nihil im- pudicitia fugillatur, quam tamen ab alijs, qui haec mi- nime perspicere habuerit, legi plurimum committitur. Quod verò ad eandem Epistolam spectat, Nonatores, idemq; calumniatores, in ea velut in scirpo nodum quarentes, sanctam Leonem carpunt, quem volunt dixisse, non pec- care mulierem, si nupserit alteri viro, quando existimet primum virum adhuc esse superstitem. At non haec quide- tantus Pontifex tradit; sed de ea tantum muliere loquitur, quae nubit alteri, dum putat virum esse defunctum, sunt haec verba S. Leonis: *Nec tamen culpabilis induitur & tam- quam alicuius viri peruersor, qui personam eius mariti, quam non esse assumabat, assumpsit.* Cum verò idem S. Leo viuelitum adhuc virum intolubile omnino velit esse coniugium, eò tantum casu inculpabile esse subdit, quòd mortis ne- cessitas praestitisset, nimirum cum mulier nupit putans virum suum esse defunctum. Ad hoc namq; caput, cum creditum est virum esse defunctum, se respodere, ipso ser- me exordio epistola idem Pontifex profertur. Reuertis verò viris, quae eis se iungant, cum laudet, reuertes ana- themate damnat. Agitur praeterea in eadem epistola de il- lis Aquileiensibus, qui cibos immolauitios timore com- pulsos, vel urgente fame, sponte comedissent, nec non de il- lis, qui metu coacti fuerint iterum baptizati: ex quibus in- telligere possumus, Hunnorum exercitum non ex paganis tantum, sed & ex Arianis barbaris fuisse constitutum, qui captiuos more suo rebaptizabant.

LXV. Hoc item anno, dum haec agerentur, consulus S. Leo à Theodoro Forouiliensi Episcopo de penitentia his, qui in extremo laborarent, impetenda, respicit ad eum- dem quarto Idus Iunij: in cuius epistola exordio, quid consuetudinis esset Ecclesiae docet, nimirum Episcopos primò consulere debere suos Metropolitanos: quòd in eam- dem contingeret ignorare, tunc demum consulendum esse summum Pontificem, si quae absque consensu antè Primatibus nihil debere Episcopos illis subiectos inqui- rere, satisfaciens tamen ipsius petitioni, decretalem scri- psit epistolam de non neganda quibuslibet penitentia in exitu vitae petentibus.

Quod reliquum est huius anni (quantum ex Victore Vicensi colligitur) Carthaginiensis Ecclesia, quae diu, nempe à tēpore captae ciuitatis, annis videlicet tredecim, ab Episcopo fuerat agente Valentiniano apud Genfericum, accepit facultatem erandi Episcopum; creatusque est Diogratius ita nominatus Episcopus, vir planè sanctissimus: quem cum sedisse Victor dicat tantum annis tribus, defunctumq; esse, cum captiuus ab vrbe Roma delatus sum in Africam; planè dicere opus est hoc anno ipsum fuisse Ecclesiae Carthaginiensi praefectum. Quis autem, quan- tusq; fuerit homo iste paucis his declarat Victor, cum ait: *Huius si nutatur quisquam, quae per illum Dominum fuerit, paulatim excurrere, ante incipient verba desicere, quam illi aliquid va- lent expliare, haec Victor sed de eo pluribus suo loco.*

IESU CHRISTI
Annus 453.

LEONIS PAPAE VALENTINIANI IMPERATORIS
ANNUS 4. MARCIANI 4.

QUADRINGENTESIMVS quinquagesimus tertius Christi annus Consulari Opilonis & Vincomas reditus Fasti legitur; quo nequitia Anatolij Constanti- nopolitani Episcopi rursus perturbatur Ecclesia. Sane quidem exemplum docuit, cum haereticis non nisi graui Ecclesiae damno ut plurimum indulgens agi: iste enim (ut dictum est) Eutyrianus haereticus, Diocou Alexandini olim Episcopi Apocritaris Constantinopoli, in lo- cum viuents S. Flavianus ab eodem inuio Diocoro in E- phesino conuentu, subrogatus fuit, nulli licet, ut validare- tur auctoritate Leonis Romani Pontificis, Marcinus Imp- pacis studio procurauit, dum ipse Anatolius sese Catholi- cae fidei professione Catholicum esse docuit, unde factum est, ut ipse Romanus Pontifex bono pacis indulserit, ut Constantinopoli idem Anatolius federet Episcopus: Qui post Episcopalem thronum adeptum dolo malo (ut vidi- mus) arrogauit etiam sibi primatum super Ecclesiam Ale- andrinam & Antiochenam, sed cum resisteret & aduersari sibi eundem S. Leonem Papam audisset, mouit instar lu- dae aduersus eum calcaneum suum, proditoriè in ipsum agens, sicuti superius demonstratum est. Sed & vbi acce- pisset litteras S. Leonis anno superiori ad se datis iustam de- inuasi primatu obargationem tantum abfuit, ut minor & remissior redderetur, ut maiori fultu & arrogantiā in eundem sanctum Pontificem inlitteret, non quidem pal- lam ad eum rescribens defensionem, vel exclamationem aliquam, sed vasi è in primis occultans litteras Pontificis ad se scriptas, cepit primum futuris, inde ramores in vulgus (ut dictum est) spargere de sanctissimo Papa, ipsum recipuisse Synodum Chalcedonensem, sed & grauiori calumnia ad- didit ipsum querere occultā viā depingere de haereticis fidei Orthodoxae, & suspectos haereticis exaltare. Ad haec etiam illud adiecit, ut Archidiaconum Constantinopolita- nae Ecclesiae, quem scire esse Romani Pontificis studio- sum, è gradu deponeret sub praetextu maioris honoris, & in locum eius subrogaret Andream, qui tamquam haereticus ante electus fuerat: hic ille namque fuit omnium ne- quisissimus S. Flavianus calumniator. Adiecit insuper perfe- qui omnes, qui è Flavianiano fuerant ordinati; contra verò faueret & in Ecclesiae honores procheret illos, qui Euty- rianae haereticis fuerant infamati: ista quidem in contumeliam atq; contemptum eius, quem aduersarium patiebatur Romani Pontificis, Anatolius ab anno superiori machinari non desinit.

Hae aut omnia cum fidelibus nuncijs S. Leoni signifi- cata essent, inuio, ut docent eiusdem Pontificis litterae ad Pulcherianum ipse Marcinus Rom. Pontif. admonuisset, rogassetq; ut litteris confirmationem fidei Concilij Chalcedonensis notam faceret: ipse sanctus Leo eam in vulgus sparsam studens datis litteris abblere de non recepto

LXVI. DEOGRATIAE EPI- SCOPVS CAR- THAGINENSIS CREATVS

I. ANATOLIVS DE- REGIT OCCVLTATVM VENTVM

1000. 16. ANATOLIVS QVID IN S. LEONIS PONTIFICEM

II. Leo epist. 20.

